

CIoānis Taberij Brixiāni ad Heliām Ca,
prōclum amicorū optimū Antigraphia cōscrīpto

Postq; plena malis subierunt tempora: nosq;
Scyliēis lacerat sors truculenta vadis.
Nec sperare finit portum temeraria bello
Romanum totiens Gallia passa iugum.
Vincere si quisquam cupit insuperabile fatum:
Naturamq; animo supposuisse suo.
Et quasi de coelo mortalia temnere, vimq;
Fortunę: atq; omnem pellere corde metum:
Hec legat: r sacri seruet documenta libelli.
Quem dedit Ocniae fama secunda tube
Impetrat ut letus subeas: quodcumq; necesse est:
Paruaq; in ēternum vertere damna bonum.
Ille etiam nostri mala temporis: ille Roberti
Fata ducis cecinit: Parthenicesq; duas.
Et que Socratis certent Epigramata chartis:
Multiplicem virtus impositura modum.
Mox dabit hispani carmen sublime triumphi:
Pulsaq; ab occiduis numina vana locis.
Cinge tuo Andinas Vati pia Mantua lauros
Seu pede. Cadmea seu notat ille manu.
At tu tantarum fautor iustissime laudum:
Ut tua: qui summi carmina vatis amas:
Hunc tantum placido sophię Decus: aspice vultu
Capreole: auspicijs exerit ora tuis.
Nam quid opus clypeo: sacris pcul omnis abesto,
Zoilus: in sanctos nil mala lingua potest.
Glozia viuenti comes inuiolata. sepulco
Atria cēlicolum meta laboris crunt

Ocniae

De expugnatione Granate

TEΛΟΣ

